



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

18 Gaudet omnibus priuilegijs Senatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

inter Consiliarios Principis, cum
quibus de grauioribus Reipubli-
cæ negotijs ille cognoscit.

Ideoquè pluribus cumulatis
Larræa asseuerat *d. num. 25.*

quòd * sedet in Senatu, gaudet- 17

què * omnibus priuilegiis, & 18

prærogatiuis, quibus gaudent
Senatores, inferendo, quòd non

solùm utitur eadem togà, sed

habet etiam puluinar ad pedes

illis permissum, idem latè com-

probans *num. 29.* qua ratione,

priùs dixerunt Mastrill. *d. cap. 8.*

num. 73. & Berart. *dicto num. 2.*

post medium vers. ¶ sedem, no-

uissimèquè repetit Reuerendis-

simus Scannarolus *dicto cap. 4.*

num. 7. quòd de iure sedet co-

ram Principe, cui etiam sin-

Q 2 gu-

gulis annis poterat duos homi-
 nes in domesticos offerre, alte-
 rum peditem, alterum equi-
 tem, qui eius purpuram adora-
 rent, hoc est præsentialiter affi-
 sterent ipsi Principi, vt cauetur
 in dicta l. restituendæ 6. §. licen-
 tiam C. De Aduocat. Diuers. In-
 dicum declarata per Amayam
 dicto cap. 3. num. 17. vbi etiam
 in principio asseritur, quòd an-
 nuatim ab Imperiali liberalitate
 consequebatur summam librarum
 sexaginta auri, adiiciturquè in
 l. post duos 15. vers. his quoquè
 C. De Aduocat. Diuers. Indicio-
 rum, vt si quis patroni Fisci a-
 deptus gradum fatalem diem obie-
 rit, vniuersa totius anni solatia,
 ex quo idem officium peragere cœ-
 pe-

perit, ad heredes, seu successores suos, siue liberi, siue extranei fuerint, transmittendi, tam ex testamento, quam ab intestato liberam habeat facultatem, quod asseritur etiam in *l. iubemus 3.* ac *l. petitiones 5.* utrobique subvers. ut autem *ij C. De Aduocat. Divers. Iudicum.*

Quin etiam * cum liberis, ac 19
 tota eius substantia liberatur, a Curiali conditione, ne Curiae, ac eius oneribus sine amplius obnoxii *l. 2. C. de Aduocat. Divers. Iudicum,* & *l. final. C. de Decurionibus lib. 10.* ibi, quam viri eloquentissimi Fisci patroni nexibus Curiae liberantur, cum ad Fisci patronatum peruenerint, una cum substantijs, & liberis
 Q 3 suis,